

Ye
3413d

FROM

193088580

B.K



(X2044282)
Par Ye 3413d

[Strafverfügung der Universität
Wittenberg von 1681.]

1727
(Krieg)



RECTOR ET CONSILIUM

ACADEMIÆ WITTENBERGENSIS

PUBLICUM.



Terum pro rei indignitate irascimur, poenasq; violati juris poscimus, ac nihil amplius licentiæ damus, atqve denuò edicimus, palamq; significamus, nullum posthac turpe temerariumvé facinus inultum atqve impunitum fore. Omnino enim & exempli, & muneris nostri rationem in eo fitam esse ducimus, ut tandem redigantur in ordinem contumaces & mali, qui cum animos ventri obedientes fingunt, tum vitiis se frangunt ac polluant, & revera in servitutem tradunt, voluptatumq; illecebris quasi vinculis capti atqve constricti tenentur, nec trahuntur modò leviter ac sensim, sed furore quodam ac repentino impetu ad petulantiam impelluntur. Cum his improbis perditisqve sodalibus vixisti & familiariter fuisti,

METHYSE SYSSITE, de industria sic appellate, ut nomen gentili parceremus.

Tu verò perinde ac lymphati solent, hac illac cursasti, manumqve telo & igne armasti, & mentem ac linguam magnâ viatq; contentione ad metum terroremq; civibus inferendum excitasti, facemqve ardentem, & inconsultâ temeritate ultro citroq; agitatum in sublime projecisti, urbisq; curiam in tale ac tantum periculû adduxisti, ut omnes attoniti simul & mœsti audaciam tuam spectarent, verentes, ne vetus illa & sancta domus incendio ac flamâ deleretur. Itaque jam intelligis, non rectè uti ratione homines, quorum appetitus rationi non paret, libidoq; dominatur, præsertim quum multum diligenterq; comoniti nihil se dignum faciunt, decusq; à parentibus traditum non tuentur ac servant, sed verbo & oratione magis, quam re & opere bonos & doctrinæ studiosos se præbent. Nam & hi impii erga Deum, & ingrati in patriam, ac fallaces in promissis degeneresq; sunt, & levitate malitiâq; abrepti, ad ferrum atq; ignem, & ad verbera cædesq; procurrunt, & nisi tempestivè se emendant, ad interitum ruunt sempiternum. Itaque in posterum bene sapienterq; vitæ tuæ rationibus consulas, ac sobriè & tranquillè vivas, atq; in hac rectè vivendi & honestè faciendi voluntate perseveres, ac nihil profectò committas, ut justa temeritatis nota tibi inuratur. Igitur, quæ partes nostræ sunt, tibi præcipimus, ut discedas à cœtu, cujus pacem dignitatemq; convellere cupiebas, & ante vesperam, ac priùs adeò, quam portæ occludantur, ex urbe exeas, atqve aliorsum migres, & periculo deinceps te subducas, animumqve meliori disciplinâ corrigas ac mutes. Nobis sanè fixum destinatumq; est in præfractos consulere duriùs, & abigere monstra, ac procul habere inutiles fucos, & iis etiam ex præscripto Legislatoris maximi poenam infamiæ sine exceptione & veniâ irrogare, qui enses ad inferendum injuriam stringunt, & sclopos temere emittunt fragoresq; cient, & ignem protervè jaciunt ac versant. Quin potiùs sciant teneantq; animis nostri Cives, Deum hoc tempore cum primis orandum esse graviter, ut hostium sacris & libertati insidiantium vires conatusq; dissipet ac frangat, & afflictæ Germaniæ prospiciat opèq; ferat, ac Principis El. nostri cogitationes, pariterqve consilia atqve res omnes rectè fortunet, exitumqve optimum expediat, & demùm regionis hujus Comitia auspicata esse jubeat, ac benignè moderetur. P. P. Dominicâ XXII. post TRINIT. Anno reparatæ per Christum gratiæ c I o I o c LXXXI.

1681

Ye
3413d

1007

193082520



[Strafverfügung der Universität
Wittenberg von 1681.]

(X2044282)

Pos. Ye 3413d

B.K.

1681
(1681)



CONSILIUM

TENBERGENSIS

LICUM.

lignitate irasci

us licentiæ damus, atqve denu
imvé facinus inultum atqve im
m in eo fitam esse ducimus, ut
ventri obedientes fingunt, tū
is qvafi vinculis capti atqve c
entino impetu ad petulantiam.

fic appellate, ut nō in tuo ge
manumqve telo & igne armãst
endum excitaſti, facemqve ar
; curiam in tale ac tantum peric
vetus illa & sancta domus ince
petitus rationi non paret, libid
decusq; à parentibus traditum
inæ studiosos se præbent. Nam
& levitate malitiãq; abrepti, ad
ad interitum ruunt sempiternu
lè vivas, atq; in hac rectè viven
tatis nota tibi inuratur. Igitur,
; convellere cupiebas, & ante
res, & periculo deinceps te sub
; est in præfractos consulere d
islatoris maximi pœnam infan
clopos temere emittunt fragor
ostri Cives, Deum hoc tempore
tusq; dissipet ac frangat, & afflictæ Germaniæ propiciat opẽq;
onfilia atqve res omnes rectè fortunet, exitumqve optimum
esse jubeat, ac benignè moderetur. P. P. Dominicâ XXII. post
Ioc LXXI.



asq;

significa
inò enim
ordinem
olluunt,
trahun
is impro

n magnâ
â temeri
sattoniti
r. Itaqve
imqvum
, sed ver
& ingra
ad verbe
ne sapien
oluntate
, tibi præ
eò, qvàm
liori disci
ta, ac pro
veniã irro
otervè ja
esse gna

